

AVGVSTINI

STEVCHI EGV-
BINI BIBLIO-
THECA-
RII

*
De Aqua Virgine in Vr-
bem reuocanda.



VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB.
GRYPHIVM,

M. D. XLVII.

AUGUSTINI EVGV³

BINI BIBLIOTHECARI,
DE REVOCANDA IN VR-
BEM A QVA VIR-
GINE.



ORBIS terrarum domina, mater
omniū gentium, bonarum rerum
fecunda parens, maiestatem eius
memoriæ repetēti incredibile de-
siderium accendit, ut eam, si non
qualis, ac quanta fuit, quoddam
certè tantę magnitudinis aliquan-
do meis oculis uideam simulacrū
quod omnium gentium denuo in se oculos, atq; ora con-
uertat, communemq; parentem omnes agnoscentes ad
instaurandam claritatem eius uniuersos concurrere cer-
nam. Atq; hoc meum desiderium, neq; prodigiosum,
inuisitatumq; haberi potest, neq; earum rerum, quas na-
turæ facultas non admittat; sed earum, quæ & naturam
habeant, ut fieri possint, & quæ nostris oculis facile con-
spicerentur si qua publici commodi, solidæq; gloriæ
cupiditas, principibus nostris inesset. Simul præteritos
annos, totamq; posteritatem animo complectentes,
quæ studia hodiernam hanc amplitudinem Romæ
conciliarint secum considerarent, quibus causis omnes
nationes hanc sedem uenerandam, colendamq; sibi ma-
xime existimarint. Quibus uē pietatē, uenerationemq;
omnium gētium Roma assecuta fuerit. Tum quid aliud
superstes fuerit his, qui olim rerum potirentur, aut posse